

SEXTI POMPONII



LIBRI SINGVLARIS ENCHIRIDII
'DE NOMINIBVS ET ORIGINE
MAGISTRATVVM'

*Iōannēs Paulus Ferdinandī Flūminis sive Murgēnsis
modō Iōhannis Oerbergis composuit
additāmentum capitulī XLVI methodī LLPSI*

Hoc opus consignatum est sub Creative Commons diplomate

DE NOMINIBVS ET ORIGINE MAGISTRATVVM

[Ex Sex. Pompōniī ‘Librō singulārī enchīridī’]

14 Quod ad magistrātūs attinet, initiō cīvitātis huius cōnstat rēgēs omnem potestātem habuisse.

15 Īsdem temporibus et tribūnum Celerum fuisse cōnstat: is autem erat quī equitibus praerat et veluti secundum locum ā rēgibus optinēbat: quō in numerō fuit Iūnius Brūtus, quī auctor fuit rēgis ēiciendī.

16 Exactīs deinde rēgibus cōsulēs cōstitutī sunt duo, penes quōs summum iūs uti esset lēge rogātum est; dictī sunt ab eō, quod plūrimum reī pūblīcae cōnsulerent. Quī tamen nē per omnia rēgiam potestātem sibi vindicārent, lēge lāta factum est ut ab eīs prōvocātiō esset nēve posent in caput cīvis Rōmānī animadvertere iniussū populī: solum relictum est illīs ut coercēre possent et in vincula pūblica dūcī iubērent.

17 Post deinde cum cēnsus iam māiōrī tempore agendus esset et cōsulēs nōn sufficerent huic quoque officiō, cēnsōrēs cōstitutī sunt.

18 Populō deinde auctō cum crēbra orentur bella et quaedam ācriōra ā finitimīs īferrentur, interdum rē exigente placuit māiōris potestātis magistrātum cōstituī; itaque dictātōrēs prōditī sunt, ā quibus nec prōvocandī iūs fuit et quibus etiam capitis animadversio data est. Hunc magistrātum, quoniam summam potestātem habēbat, nōn erat fās ultrā sextum mēsem retinērī.

Sextus Pomponius fuit homō iūris peritus quī saeculō II p.C. vixit; ex operibus eius tantum ‘Liber singulāris enchīridī’ superest. enchīridion -ī n = libellus exiguus at-tinēre = pertinēre cīvitātis huius: Rōmae

īsdem = iisdem

veluti = velut

op-tinēre = obtinēre

rēgis: Tarquinī Superbī

penes quōs lēge rogātum est ut summum iūs esset; lēgem rogāre = lēgem ad populū referre cōnsulere (alicui) = cūram habēre (dē aliquō)

per omnia: omnīnō

vindicāre = exigere, postulāre

lēgem ferre = lēgem rogāre

prōvocātiō *ad populū*

in caput animadvertere = capitis damnāre

relictum: permissum

coercēre: aliōs magistrātūs in officiō continēre castigandō vel pūniendō | vincula pūblica = carcer

māiōrī tempore: post rēgēs exactōs cēnsus quīnquennālis (= quī fit sextō quōque annō) factus est

sufficere = satis posse/esse

orentur: oīrentur

ācriōra: nimis ācria

rē exigente: ut rēs exēgit

prō-dere -didisse -ditum = creāre, īstituere

animadversio -ōnis f < animadvertere

fās est = licet

in-iungere = adiungere

praetōrium -ī *n* = manus mīlitum
p̄ncipis cūstōdēs, quibus prae-
erat praefectus praetōriō

sē-cēdere -cessisse -cessum = dē-
ficere
annō 493 a.C.

Mōns Sacer, collis prope urbem
Iovī dicātus
dictī *sunt*

tribus -ūs *f* = centuria

(plēbis) scītum -ī *n* = quod ā plēbe
dēcrētum est
aedīlis -is *m*

auctus -a -um < augēre

quaestor -ōris *m*

in-quīrere = quaerere

iūs dē capite dīcere: capitis dam-
nāre

aliōs quaestōrēs
capitālis -e < caput; rēs capitālēs:
iūs dē capite

lēgēs XII tabulārum, Rōmae om-
nium antīquissimae, decemvirī
scrīpsērunt annō 451 a.C.

lēgēs XII tabulārum

lātum: relātum

ab-dicāre = dīmittere

abdicārent annō ūnō, quō cum de-
cemvirī *lēgibus scrībundis* cōns-
titūtī magistrātum prōrogārent...

prō-ro-gāre = prōferre

iniūriōsus -a -um < iniūria

tractāre = regere | suf-ficere = in
locum alicuius pōnere

Et hīs dictātōribus magistrī equitum iniungēbantur sīc 19
quō modō rēgibus tribūnī Celerum, quod officium ferē
tāle erat quāle hodiē praefectōrum praetōriō; magistrā-
tūs tamen habēbantur lēgitimī.

Īsdem temporibus cum plēbs ā patribus sēcessisset 20
annō ferē septimō decimō post rēgēs exactōs, tribūnōs
sibi in Monte Sacrō creāvit, quī essent plēbēīī magistrā-
tūs. Dictī tribūnī, quod ōlim in trēs partēs populus dīvī-
sus erat et ex singulīs singulī creābantur, vel quia tribu-
um suffrāgiō creābantur.

Itemque ut essent quī aedibus praessent, in quibus 21
omnia scīta sua plēbs dēferēbat, duōs ex plēbe cōnsi-
tuērunt quī etiam aedīlēs appellātī sunt.

Deinde cum aerārium populī auctius esse coepisset, 22
ut essent quī illī praessent, cōstitūtī sunt quaestōrēs
quī pecūniae praessent, dictī ab eō quod inquīrendae
et cōservandae pecūniae causā creātī erant.

Et quia, ut dīximus, dē capite cīvis Rōmānī iniussū 23
populī nōn erat lēge permissum cōsulibus iūs dīcere,
proptereā quaestōrēs cōstituēbantur ā populō, quī ca-
pitālibus rēbus praessent. Hī appellābantur quaestōrēs
parricīdiī, quōrum etiam meminit lēx duodecim tabulā-
rum.

Et cum placuisset lēgēs quoque ferrī, lātum est ad 24
populum uti omnēs magistrātū sē abdicārent, quō de-
cemvirī cōstitūtī annō ūnō cum magistrātum prōrogā-
rent sibi, et cum iniūriōsē tractārent neque vellent dein-
ceps sufficere magistrātūs ut ipsī et factiō sua perpetuō

rem publicam occupatam retineret, nimiam atque asperam dominatōne eō rem perdūxerant ut exercitus ā rē publicā sēcēderet. Initium fuisse sēcēssiōnis dīcitur Verginius quādam, quī cum animadvertisset Appium Claudium contrā iūs, quod ipse ex vetere iūre in duodecim tabulās trānstulerat, vindiciās filiae suae ā sē abdixisse et secundum eum, quī in servitūtem ab eō suppositus petierat, dixisse captumque amōre virginis omne fās ac nefās miscuisse, indignātus quod vetustissima iūris observantia in persōnā filiae suae dēfēcisset (utpote cum Brūtus, quī p̄mus Rōmae cōsul fuit, vindiciās secundum libertātem dixisset in persōnā Vindicis, Vitelliōrum servī, quī prōditiōnis coniūratiōnem indicio suō dētexerat) et castitātem filiae vītiae quoque eius praefendam putāret, arreptō cultro dē tabernā laniōnis filiam interfecit in hōc sc̄licet, ut morte Virginis contumēliam stūp̄ri arcēret, ac prōtinus recēns ā caede madenteque adhuc filiae cruōre ad commilitōnēs cōnfūgit. Quī ūniversī dē Algidō, ubi tunc bellī gerendī causā legiōnēs erant, relictīs ducibus p̄stinīs signa in Aventīnum trānstulērunt, omnisque plēbs urbāna mox eōdem sē contulit, populūque cōnsēnsū partim in carcere necātī. Ita rūsus rēs publica suum statum recēpit.

25 Deinde cum post aliquot annōs duodecim tabulae latae sunt et plēbs contenderet cum patribus et vellet ex suō quoque corpore cōsulēs creāre et patrēs recūsārent, factum est ut tribūnī militum creārentur, partim ex plēbe, partim ex patribus, cōsulārī potestāte. Hīque cōns-

asper -a -um = dūrus

dominatō -ōnis *f* < dominārī
per-dūcere = trahere
sēcēssiō -ōnis *f* < sēcēdere

trāns-ferre = scribere (quod dictum vel in aliō locō scriptum est)
ab-dicere = recūsāre; vindiciās rē alicuius ab aliquō a.: alicui negāre iūs repetendī aliquid tamquam suum | suppositus = subiectus
vindiciās (= sententiam) dixisse secundum (↔ contrā) eum
indignātus (*Verginius*)
observantia -ae *f* = oboedientia (< oboedire)

dē-ficere = dēesse

utpote = sc̄licet

Vindex -icis *m*

Vitelliī fautōrēs Tarquiniī Superbī fuērunt

coniūratiō -ōnis *f* = cōnsēnsus iūrāmentō (< iūrāre) firmātus

indicium -ī *n* = quod indicātur

dē-tegere = patefacere (↔ cēlāre)

ar-ripere -ripuisse -reptum

laniō -ōnis *m* = quī carō vēndit

in hōc (: eō) ... ut

recēns -entis (ab aliquā rē) = quī

nūper fēcit (aliquam rem)

madēre -uisse = madidus (↔ siccus) esse

com-militō -ōnis *m* = socius militiae

Algidus, mōns prope Tūsculum

p̄stinus -a -um = antiquus

signa trānsferre = signa movēre

partim ... partim = ūna pars ... altera pars | partim *decemvirōrum*

in carcere necātī, *partim exactī*

suum statum recēpit: ad statum

p̄stinum rediit

XII tabulae: lēgēs XII tabulārū

con-tendere = certāre

ex suō corpore: ex plēbēiis

tribūnī cōsulārī potestāte: t. eādem potestāte atque cōsulūm

titūtī sunt variō numerō: interdum enim sēnī fuērunt, interdum plūrēs, nōnumquam pauciorēs.

Deinde cum placuisset creārī etiam ex plēbe cōsulēs, 26
coepērunt ex utrōque corpore cōstituī. Tunc, ut aliquō
plūris patrēs habērent, placuit duōs ex numerō patrum
cōstituī.

ex utrōque corpore: ex pātriciīs et
plēbēiīs
duōs *magistrātūs* (aedilēs curulēs)

curulēs -e < currus; aedilēs curulēs
currū vehuntur
ā-vocāre = abdūcere
iūs reddere: iūs dīcere
praetor -ōris *m*

Ita factī sunt aedilēs curulēs. Cumque cōsulēs āvo- 27
cārentur bellīs fīnitimīs neque esset quī in cīvitāte iūs
reddere posset, factum est ut praetor quoque creārētur,
quī urbānus appellātus est quod in urbe iūs redderet.

Post aliquot deinde annōs nōn sufficiente eō praetōre, 28
quod multa turba etiam peregrīnōrum in cīvitātem venī-
ret, creātus est et alius praetor, quī peregrīnus appellātus
est ab eō quod plērumque inter peregrīnōs iūs dīcēbat.

hasta -ae *f* = vēnditiō (< vēndere)
pūblica in quā rēs tribuitur eī quī
māiore pretiō ēmit
līs litīs *f* = certāmen de iūre
quattuor-virī -ōrum *m* = IV virī
trium-virī -ōrum *m* = III virī
monētālis -e < Monēta, cognōmen
lūnōnis, cuius in templō pecūnia
flātur (= metalla molliendō cōn-
ficitur) | flātor -ōris *m* = quī flat
animadvertī *in caput*
interventus -ūs *m* < intervenīre

Deinde cum esset necessārius magistrātus quī hastae 29
praeesset, decemvirī in lītibus iūdicandīs sunt cōstitutī.

Cōstitutī sunt eōdem tempore et quattuorvirī quī cū- 30
ram viārum agerent, et triumvirī monētālēs aeris, argen-
tī, aurī flātōrēs, et triumvirī capitālēs quī carceris cūstō-
diam habērent, ut cum animadvertī oportēret interventū
eōrum fieret.

vespertīnus -a -um < vesper

in-conveniēns -entis ↔ dēcēns
quīnque-virī -ōrum *m* = V virī
cis ↔ ultis (= ultrā)

Et quia magistrātibus vespertīnīs temporibus in pūbli- 31
cum esse inconveniēns erat, quīnquevirī cōstitutī sunt
cis Tiberim et ultis Tiberim, quī possint prō magistrāti-
bus fungī.

Narbōnēnsis -e < Narbōna, urbs
Galliae

Captā deinde Sardinīā, mox Siciliā, item Hispāniā, de- 32
inde Narbōnēnsī prōvinciā, totidem praetōrēs, quot prō-
vinciae in dīciōnem vēnerant, creatī sunt, partim quī ur-

bānīs rēbus, partim quī prōvinciālibus praeesent. Deinde Cornēlius Sulla quaestiōnēs pūblicās cōstituit, veluti dē falsō, dē parricidiō, dē sīcāriīs, et praetōrēs quattuor adiēcit. Deinde Gāius Iūlius Caesar duōs praetōrēs et duōs aedīlēs quī frūmentō praeesent et ā Cerere Cereālēs cōstituit. Ita duodecim praetōrēs, sex aedīlēs sunt creātī. Dīvus deinde Augustus sēdecim praetōrēs cōstituit. Post deinde dīvus Claudius duōs praetōrēs adiēcit quī dē fideicommissō iūs dīcerent, ex quibus ūnum dīvus Tītus dētrāxit, et adiēcit dīvus Nerva quī inter fiscum et prīvātōs iūs dīceret. Ita decem et octō praetōrēs in cīvitāte iūs dīcunt.

prōvinciālis -e < prōvincia
L. Cornēlius Sulla, cōs. a. 88
quaestiōnēs pūblicās: locī perpetuī crīmina quaerendī causā
falsum -ī n = rēs falsa; crīmen imitandī
sīcārius -ī m = quī hominem caedit

Cereālis -e; Cereālēs *appellātōs*

fideicommissum -ī n = ultima voluntās, quae alicuius fideī committitur
dē-trahere ↔ adicere
et *ūnum* adiēcit Nerva
prīvātus -ī m = cīvis

33 Et haec omnia, quotiēns in rē pūblicā sunt magistrātūs, observantur. Quotiēns autem proficīscuntur, ūnus relinquitur quī iūs dīcat; is vocātur praefectus urbī. Quī praefectus ōlim cōstituēbātur, postea ferē Latīnārum fēriārum causā intrōductus est et quotannīs observātur. Nam praefectus annōnae et vigilum nōn sunt magistrātūs, sed extrā ōrdinem ūtilitātis causā cōstitutī sunt. Et tamen hī, quōs Cistiberēs dīximus, postea aedīlēs senātūs cōsultō creābantur.

quotiēns = semper cum

ob-servāre = pārēre, servāre

fēriae -ārum f = diēs fēstus
intrō-dūcere = īnstituere (aliquid novum)
annōna -ae f = frūmentum annuum
ōrdō -inis m = status; extrā ōrdinem *magistrātuum*
ūtilitās -ātis f < ūtilis
Cis-tiberis -e (< cis + Tiberis);
Cistiberēs: quīnquevirī
(senātūs) cōsultum -ī n = quod in senātū dēcrētum est
ex hīs omnibus *magistrātibus*

34 Ergō hīs omnibus decem tribūnī plēbis, cōsulēs duo, decem et octō praetōrēs, sex aedīlēs in cīvitāte iūra reddebant.